

22 juni 1666

Antwoord op Worp, *Briefwisseling*, 6565.

o: Den Haag, KB, ms. 133 B 8, nr. 70; **d:** Worp, *Briefwisseling*, 6566.

N[obilissimo] V[iro], D[omino onstantino Hugenio S[alutem] P[lurimam] D[icit] Anna Maria a Schurman.

Cum postremas tuas, Vir Illustris, post longum itineris tui Gallicani intervallum una cum libro gratissimo, quo solitam tuam erga me munificentiam renovare non dubitas, avidis oculis perlustrassem, illico calamum arripui, quo et meo responso et huic munusculo nova quadam celeritate gratiam aliquam conciliarem, iuxta obvium illud axioma ‘Bis dat, qui cito dat.’ Verum enimvero dum iam modo exaratae epistolae hanc tabellam, deieculare (ut putabam) opus, adiungere satago, nescio quae non agmina morarum ita se iugiter opposuere instituto meo, ut non solum omnem inopinati adventus iucunditatem et gartiam utrique eripuerint, sed, nisi lata tua intercedat humanitas, facile me neglecti officii atque ingratitude ream citare queas.

Gratias autem tibi habeo maximas gratulorque tibi tuisque omnibus, sero quidem verbis, animo vero inter primos felicem atque illustrem, tanquam astri salutaris in nostro orbe reditum Deumque Opt[imum] Max[imum] veneror ut te diu Ecclesiae, Patriae, Reipublicae literarum et tuorum omnium ingenti bono servet incolumem seroque lux tua hic occidat simulque oriatur in caelo caelorum. Vale, Virorum humanissime. X Kal[endas] Iul[ias] MDCLXVI.

[*Adres:*] Nobilissimo viro, D[omi]no Constantino Hugenio, Equiti et Zulichemii Dynastae etc. Hagam.

1 N[obilissimo] ... Schurman: *om. d* **18-19** Nobilissimo ... Hagam: *om. d*

Anna Maria van Schurman groet de doorluchtige Heer Constantijn Huygens allerhartelijkst. Zodra ik na de lange onderbreking van uw verblijf in Frankrijk uw laatste brief met gretige ogen had gelezen samen met het boeiende boek, waarmee u zonder aarzelen uw gewone goedgeefsheid tegenover me weer opneemt, heb ik meteen naar mijn pen gegrepen. Zo wilde

ik me met ongewone snelheid verzekeren van uw erkentelijkheid voor mijn antwoord en mijn geschenkje, volgens het welbekende adagium ‘Wie snel geeft, geeft twee keer’.¹ Toen ik echter dit blad, een eendagswerkje vond ik, wilde toevoegen aan mijn pas geschreven brief, kwam een hele stoet aarzelingen zich onmiddellijk verzetten tegen mijn plan. Niet alleen deden ze alle vreugde over uw onverwachte terugkeer en dankbaarheid voor brief en boek verdwijnen. U had me ook gemakkelijk aan de kaak kunnen stellen als een voorbeeld van plichtsverzuim en ondankbaarheid, indien uw minzame ruimhartigheid dat niet zou beletten.

Ik ben u echter uitermate erkentelijk en – al komen mijn woorden laat, in gedachten ben ik bij de eersten – ik bied u en al uw dierbaren mijn gelukwensen aan bij uw heuglijke en stralende terugkeer, als van een heilbrengende ster, in ons midden. Ik bid en smeed de Allerhoogste en Almachtige Heer dat hij u nog lang ongedeerd mag bewaren voor de Kerk, het Vaderland, de Republiek der Letteren en het grote geluk van al uw dierbaren. Moge Hij uw levenslicht slechts laat uitdoven en het ogenblikkelijk doen opgaan in de hemel der hemelen. Het beste, allerbeminlijkste man. 22 juni 1666.

[Adres:] Aan de hoogedele Heer Constantijn Huygens, Ridder en Heer van Zuilichem, etc. Den Haag.

¹ Cf. Erasmus, *Spreekwoorden* I, 8, 91, met onder meer een verwijzing naar Seneca, *Weldaden* II, 1, 2.